



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatvs
Perutilis**

Gilbertus < Tornacensis >

Coloniae, 1571

VD16 G 2034

Cap. XXXX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41678

TRACTAT.

139

ponens illud: *Accepto calice gra-
tias egit, &c. Hic calix ad vetus il-
lud Pascha attinet, cui finem desi-
derabat imponere, quo accepto, gra-
tias egit ob hoc nimirum, quia ve-
terat transitura, & ventura omnia
fuerant noua. Lex non soluebat
peccatum, sed puniebat. Christus
in quinta feria veteri legi finem
dat, peccata absolvit. id ipsum so-
nat prima oratio Missæ, cum di-
citur: Ita nobis ablato vetustatis
errore, resurrectionis suæ gloriæ
largiatur, quæ dicitur in aliquibus
Ecclesijs.*

CAP. XXXX.

Ipsò etiam die Cœnæ consecra-
tur Oleum ad triplex officium:
Oleum scilicet infirmorum, & ole-
um Catechumenorum, & oleum leum tri-
sanctum. Tres enim consecra-
tiones ex una & eadem fiunt sub-
stantia, & ex una olei liquatura

Demon-
strat, qua-
re in die
cœnæ o-
plex; scili-
& infir-
morū, Ca-
techume-
norum,

G 2

Sicut

140 DE OFF. EPISC.

& sanctū Sicut enim una est Spiritus sancti
 consecrē substantia, qui multiformiter diui-
 tur, & pri ditur per diversa gratiarum dona.
 mō agit Olea autem arbor est, cuius fructu
 de oleo Infimo. olina est, cuius succus oleum est.
 rum hoc Et autem arbor in signum pacis, ha-
 capite. bens pinguedinem qua infirmi
 lassi recreantur, arcus & gratia
 præstatur luminis. Licet enim sine
 oleo Deus sanare possit infirmos, &
 fugare Dæmones, & sanctificare
 Christianos: tamē ex oleo fiunt ista
 tria, quæ repræsentant plurima Sa-
 cramenta. Unde August. in psalm.
 44. Oleum visibile in signo est inui-
 sibilis olei in Sacramento. Potest
 Deus per se oleum spirituale tribue-
 re sine corporali, sed propter anima-
 les aguntur visibia, ut inuisibilia
 facilius capiantur. Oleum autem
 Exod. 27. istud prefiguratur in Exodo, ubi di-
 citur: Præcipe filiis Israël ut offerat
 & oleum de arboribus oliuarum
 puris.

TRACTAT

141

purissimum. Primo ergo dicendum
est de oleo ad infirmos, sic enim scri-
ptum est in Euangelio : Exeuntes Marc.6.
predicabant ut pœnitentiam age-
rent, & Dæmonia multa eyciebant,
& ungebant oleo multos ægrotos &
sanabant. Et in Canonica B. Iaco- Iacob.5.
bi: Infirmatur quis in vobis? indu-
cut presbyteros Ecclesiae, & orent
super eum, ungentes oleo in nomine
domini: & si in peccatis sit, dimit-
tentur ei, &c. Vnde patet, sicut ex-
ponit Beda, ab Apostolis hunc mo-
rem fuisse Ecclesiae traditum, ut
Energumeni, vel alij quilibet ægro-
ti ungantur oleo Pontificali benedi-
ctione consecrato. Consecratur au-
tem istud oleum in ipso officio con-
secrationis corporis & sanguinis do-
mini, non habet proprium officium,
hoc est, nec in capite verba saluta-
tionis, nec Oremus, nec in fine con-
cluditur, nec cæteræ orationes per

G 3 Domi-

142 DE OFF. EPISC.

Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, sed tantum in nomine Domini IESU CHRISTI.
Verba autem consecrationis ista sunt:

Psal. 103. Emitte Spiritum tuum paracletum de cœlis in hanc pinguedinem olei, quam de viridi ligno produce dignatus es ad refectionem corporis. Paracletum, hoc est, consolatorem. Oleum enim istud medium præstat infirmis. Dolor enim sequitur ægritudinem, & consolatio dolorem. Paracletus, autem consolatio interpretatur. Qui mortuum est, non dolet: qui in Christo sanctificatus est, consolatione, quæ ex dolore procedit, non indiget. Et ideo in consecratione olei ad Catechumenos vel olei sancti, id est, Chrismatis paracletus non nominatur: quia Catechumeni quodam modo reputantur inter mortuos, Chrismati vero inter Christi consagratos.

CAP.